t cui t affici
t doloribus

defluxisse. Iustamque nunc esse patientiam dei et iustam utramque partem, ut nec contemp-
tus displiceat in totum cum miserari velit, et afflictis laboribus diu velle sinat contemptus po-
tens. Deinde subsequens esse iuste semper adhibere quamvis ignoranti gubernationem, cui
aliquando pie restitutus sit paenitenti utique atque antiquae gratiae facultatem. Sed haec quoniam et
si veris sine fortissimeque dicuntur, fidelem tamen atque oboedientem requirunt. Mihi autem
videre an aliquando credituri sint, cessit nunc cum incredulis actio est, promptius ea proferam quae
et ipsi si probare noluerint, improbare non possunt. Itaque quamvis ad conscientiam humanarum
mentium principe utrique sub reverentia religionis et confessioni cultuque supernae potentiae unu-
mus, distante dumtaxat fide quamvis est fateri secundo et per unum dominum constare omnia, il-
lorum tam multos deos putare quam multa sint elementa. Si potentia dei inquiunt quem
praedicatis fuit, ut Romanum imperium tam amplum ac tam sublime fieret, cur igitur
patientia eiusdem obfuit ut ante non fieret? (t fieret) Quibus sub eodem verbo respondebit:
si potentia deorum quos praedicatis fuit ut Romanum imperium tam amplum ac tam sublime
fieret, cur igitur patientia eorundem obfuit ut ante non fieret (t fieret)? an ipsi dii nondum erant?
an adhuc Roma ipsa non erat? an illi non colebant? an haec nondum idonea imperio vi-
debatur? Si nondum erant dii, cessat interitio. Et quid enim tam ibi eorum discutio moram,
ubi ne ipsam quidem invenio naturam. Si autem erant dii, aut potentia eorum ut ipsi vindi-
cant, aut patientia in culpa est. Vel patientia si fuit, ubi potentia si defuit. Aut si
magis suadibile videtur, fuisse tum quidem deos qui provehere potuissent, sed nondum
exstitisse Romanos qui provehi iure possent: Nos auctorem rerum potentiam non asti-
ficem scientiam quaerimus, de his quippe ut putant magnis non de fabris vilissimis ques-
tio est, quibus nisi materia accedat ars cessat. Si enim praescisse illis ac voluisse praesto
semper fuit, immo etiam subiacente praescientia, quia apud omnipotentiam de operibus
dumtaxat suis hoc est praescire quod velle. Quod cumque illud praeficiebatur, cui vo-
luntas astipularetur, non expectari oportuit sed creari, maxime cum et Iovem illum suum
acervos formicarum in populos hominum ludo vertere solitum ferant. Porro autem de cura
caerimoniarum nec recensendum arbitror, quam inter sacra continua incessabilibus diebus
nullus finis ac nulla requies fuit, nisi cum salvator mundi Christus illuxit. Cuius adventui
praedestinatam fuisse imperii Romani pacem, et si iam sufficienter ostendisse me arbitror,
tamen paucis adhuc supplere conabor. In principio secundi libelli cum tempora Romanae con-
ditionis stili tenore perstringere, multa convenienter inter Babyloniam urbem Assyriorumque
tunc principem gentium et Romam aeque nunc gentibus dominantem compacta con- (t ofacta)
scripsi: fuisse illud primum hoc ultimum imperium, illud paulatim cedens, at istud sensim (sensim)
convalescens. Defluxisse illi sub uno tempore novissimum regem, quo isti primum fuisse;
Illam deinde tunc invadente Cyro captam velud in mortem concidisse, cum istam fiducialiter

© HAB http://diglib.hab.de/mss/80-gud-lat/start.htm?image=00148
Universitätsbibliothek Heidelberg
Hessen Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/hab_mss80-gud-lat/0148